

decessores sui in causa fidei egerint, enarrat Sanctus Pontifex. „ Ubi itaque talis imminet depravantibus vel tantibus veritatem, poena supplicii, quomodo non est „ fugienda de fidei Dominica veritate subtractio? Unde „ & Apostolica memoria mea parvitas praedecessores, Dominicis doctrinis instructi, ex quo novitatem „ haeticam in Christi immaculatam Ecclesiam, Constantinopolitanae Ecclesiae Praefules introducere conabantur, nunquam neglexerunt eos hortari atque obsecrando commonere, ut a pravi dogmatis haetico „ errore, saltem tacendo, desisterent, ne ex hoc exordium dissidii in unitate Ecclesia facerent, unam „ vultatem, unamque operationem duarum naturarum „ asserentes in uno Domino Nostro Jesu Christo. Et „ quum veritatem duarum Christi voluntatum atque operationum ostendisset, recenset haeticos, qui (1) contra „ senserant, & docuerant. „ Nunc necesse est, ut novum „ dogmatis intentio quosnam secuta sit, & quorum doctorum auctoritate fulciatur, annotemus. Cyrus Alexandrinus in septimo definitionum ejus capite ad locum: Et eundem unum Christum & unum Filium, operantem Deo decibilia & humana, una deivirili operatione, secundum Beatum Dionysium. Item Theodori „ quondam Episcopi Pharanitani ex rescripto ad Sergium Episcopum Arsinoitem ad locum: Et propterea una „ operatio totius, sicut unius ejusdemque Salvatoris nostri haec omnia sunt. Item Sergii Constantinopolitani „ ex rescripto ad Cyrum Alexandrinum: Aseruistis autem (quoniam bonum est & ipsis sacris vestris uti vobiscus) ut unum eundemque Christum operari Deo decibilia, & humana, una operatione, & hac pie nimisque subtiliter exposuistis. Et in constructione Ecclieseos, & in aliis, unam voluntatem, & omnem divinam humanamque operationem habere Dominum nostrum Jesum Christum significat. Nec unam tamen, „ nec duas operationes debere dici permittit. Quod & „ in aliis cum interdictione, depositione, & excommu-

„ ni-

(1) Tom. cit. pag. 694.